



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Amictus ab amiciendo dictus. Olim etiam dicebatur anabolagium.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

Solve calceamentum de pedibus tuis (omnes affectus malos ac inordinatos exue) *locus enim sanctus est*, Sacristiam intrans, imaginabor mihi, eam cœnaculum esse, in quo Sacramentum Eucharistiæ instituisti. Et quia tu ibidem præviè accepto linteo præcinxisti te, & mitsâ in pelvim aquâ cœpisti lavare pedes Discipulorum & extergere. Præcingam me ferventi contritionis actu, eoque lavans ac extergens animam meam ab omni peccati luto (juxta illud I. Cor. II. *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat*) ne judicium mihi manducem & bibam, sed ut partem tecum habeam, dicam eodem fervore & intentione [quâ Petrus dixit: *Non tantum pedes, sed & manus & caput*) *da Domine virtutem manibus meis ad abstergendum omnem maculam, ut sine pollutione mentis & corporis valeam tibi servire.*

Dum lotis manibus paro me ad induendum vestes sacras, occurret illud Pauli: *Induimini D. N. J. C. viscera misericordie, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, expoliantes veterem hominem cum artibus suis, & induentes novum.*

Amictus ab amiciendo dicitur. Olim etiam dicebatur anabolagium.

DUm amictum induo, recordabor primò mihi Domine, quòd divinitas tua veste humanitatis tecta sit. 2dò. Veli, quo benedictam faciem tuam velarunt in domo Caiphæ impii Judæi. Quòd rubricis conformiter super caput imponam radendo quasi coronam, eò quòd

quòd absit mihi gloriari nisi in ignominia & cruce tua.

Oratio. [*Impone Domine capiti meo galeam salutis ad expugnandos diabolicos incursum*] excitabit in me spem & fiduciam ad temperandam pusillanimitatem, quam adfert timor & reverentia tanti Sacrificii peragendi. Cujus tempore Angeli profundissimo cultu te adorant, & Dæmones contremiscunt, nec satis mirari possunt Sacerdotem in peccato, sine reverentia, debitâ præparatione, ex frigida consuetudine Altare accedentem. Quia autem spes ita divinæ innititur misericordiæ, ut nostris exhibitis obsequiis valdè confortetur. Hinc amictum super humeros pono ad significandam teste Hug. à S. Viçt. fortitudinem bonorum operum, quibus me munire debeo, ut spes firma sit, & eam in me diffidentiam & pusillanimitatem tollat in consecrando, sumendo te Deum infinitæ potentiæ ac Majestatis, quæ aliàs Sacrificii fructum impedire posset. Nam cum misericordia sit super omnia opera tua Domine, *si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad te, & quidquid petierimus, à te accipiemus.* 1. Joan. 2.

Alba à Greg. Nazianz. poderis dicta, quòd ad pedes dimitteretur, ab aliis linea canisla

Sacerdotalis.

DUm Albam induo, recordabor vestis albæ, in qua Herodes tibi ô sapientia æterni Patris tit fatuo illulit. Per quod utique à Patre æterno promeritus es, ut in cælo vesti-

D 3

menta